



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrum Misericordiae Palativm

Variis Sacrae-Scripturae Locis, Atque Septem misericordiae operibus quasi
peristromatibus exornatum

Gazaeus, Nicolaus

Augustae Trevirorum, 1618

Contra eos qui dicunt fidem sine operibus charitatis iustificare ca. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54477)



CONTRA EOS QUI
DICVNT FIDEM SINE
OPERIBVS CHARITATIS
iustificare.

CAPVT. III.

ITerum de nouo Misericordiæ nostræ
Iarcem, aggredimini, Heretici, impugna-
tisque Fidem sine operibus iustificare, qua-
si verò Patrum aliter sentientium testimo-
nia, non sufficient, qui eadem de causa ar-
ma fumentes, vestros debilitarunt conatus.
Nunquid Apostolorum coriphæus D. Pe-
trus, nec non Sanctus Ioannes & S. Iudas in
epistolis suis Fidem sine operibus mortuã
esse. dixerunt? & Augustinus contra vos a-
git. Et ego sacram tuebor scripturam, mihi
comitem adiungens S. Iudam, qui ait: *Sic
autem Frater aut soror nudi sint, & indi-
geant victu quotidiano; dicat autem ali-
quis ex vobis illis: Ite in pace, calefacimi-
ni & saturamini, non dederitis autem eis
que necessaria sunt, corpori: quid proderit?
Sic & fides si non habeat opera, mortua est in
semetipsa. Vis autem esse ô homo inanis, quo-
niam fides sine operibus otiosa est?* qualidicat:
Chri-

*De fide & o-
peribus. c. 14.*

Iud. 1.

Christus non solum fidem à vobis exigit, sed & opera, misericordiæ requirit. In eos autem qui negant opera misericordiæ ad salutē esse necessaria, adeò excandescit, vt huiusmodi, dæmoni tradēdos censeat. Nec mirum nam Iesu Christi Doctrinam sectatur qui seruos negligentes æternalib. flammis adiucandos dicit. Sed qua de causa? *Math. 22.* nisi quia bonis operibus posthabitis, solum fidem iustificare credebant. Sectamini, sectamini nunc Hæretici seruum hunc à bono opere torpentem & pariter cum eo mittemini in tenebras exteriores. Sequimini virgines fatuas quæ lampades fidei sine oleo misericordiæ portabant, & gaudijs, cælestibus priuabimini.

Si necessarium est ò Fratres vt ad eludendos hæreticorum conatus Sanctorum Patrum testimonia producam; D. Augustinum in initio statuam, dicentem: *Sicut nobis non placet si serui nostri verbis se profitentur esse nostra mancipia, & tamen non velint implere opera sua; ita nec Deo placet si quisque Christianū verbis tantummodo pronūtiat: & opera que fieri iussit Christus, implere d'simulet.* D. Gregorius sic inquit: *Is fidem se habere ostēdit, qui operibus exercet quod fide credit: Ceteros omitto quoniam impetum* *Hom. in Osee*

in

in nostrum misericordiæ palatium insurgentem infringere volo. Dicunt igitur, fidem sine operibus iustificare, sed falsò hoc fidei nudæ attribuunt, siquidem de fide cum operibus charitatis agente intelligitur, vt clarè elucidauit D. Paulus. *Fides quæ per charitatem operatur.* Eorum etiam conatus vani sunt, nihil virtutis, roboris neque in se continent, sed potius inferunt fidem ad instar ianuæ salutis sese habere. Sed quid ianua sine domo prodesse potest? Nihil sane, vel parum. D. Paulum in suam sententiam perducere conantur quia bona opera in fide facienda dicit? oleum perdunt & operam, siquidem fidem connectit bonis operibus.

Natura hominem labilem & infirmum duobus donauit pedibus, quibus stabilis efficeretur; & ne forte in spiritali deambulatione corrueremus datus est (Fides) pes vnus; data sunt bona opera, ecce pes alius, sine quibus proculdubiò homo corruet. Qui verò hæc opera fidei coniuncta possederit, dicere iure poterit; *Corpus nostrum Ciuitas est, salus illi posita est in murum & antemurale.* Murus Fides est, antemurale opera bona sunt. Caueat itaq; Christianus huiusmodi farine homines, qui docent fidem

Coloss. 5.

Isaie. c. 26.

fidem solam sine operibus iustificare, ne fortè hæreticorum & infidelium sordibus coinquinatus in æternum corruat supplicium.

*Hic niger est, hunc tu Romane Ca-
ueto.*

Horat. Saty. . . .



CONTRA CALVINVM
ET LVTHERVVM QVI
FALSO AFFIRMANT HOMI-
nem iustum mortaliter peccare ope-
ra misericordiæ exercendo.

CAPVT. IV.

ANtecedentium elusis conatibus, ani-
mose hostem prosequamur, siquidẽ
video Calvinum necnon Lutherum in nos
insurgere, nostrumque Charitatis demoli-
ri velle domicilium. Insurgunt ambo, di-
cuntque hominem opera misericordiæ ex-
ercentem, mortaliter peccare. O blasphemiam inauditam! Quis præcor non arma-
sumat, non in hos irruat Sicophantas? Ter-
rentur his vocibus idiote, at quibus aliquid
scientiæ inest mendacij & blasphemiæ eos
con-

*Art. 31.
Damn. à Leo-
ne 10.*

*Aur. contra
Trident. §. 6.*